

CAPUT V.

De Privilegiis Regularium in particulari.

95. 96 et 97. I^o. De facultate absolvendi subditos a casibus et censuris. — 98. De reservatione casuum, etc. — 99. De facultatibus quoad saeculares. — 100. Utrum regulares possint absolvire a casibus episcopis reservatis a jure vel consuetudine. — 101. Utrum a casibus papalibus. — 102. Utrum in itinere aut ex bulla Crucitiae, etc. — 103. Utrum confessarii regulares possint denovo examinari ab episcopo. — 104 et 105. II^o. Circa dispensationem in irregularitatibus. — 106. III^o. De dispensatione in praecepsis ecclesiasticis, etc. — 107. IV^o. Circa officium divinum. — 108. V^o. Circa dispensationem votorum et juramentorum. — 109. Circa votum castitatis conjugum et sponsorum. — 110. VI^o. De privilegio religiosorum, noviciorum et famulorum, confitendi cuiuscumque sacerdoti, etc. — 111. De religiosis peregrinantibus. — 112. Utrum in jubilaeo, etc. — 113 ad 116. VII^o. Circa ordinum receptionem. — 117 ad 120. VIII^o. Circa ordinum collationem. — 121 et 122. IX^o. Circa celebrationem missarum. — 123. X^o. Circa communionis ministracionem. — 124 ad 128. XI^o. Circa concionandum.

95. I^o. Quoad facultatem quam habent superiores regulares circa absolucionem casuum reservatorum et censurarum, oportet hic distinguere potestatem erga subditos, ab illa quam habent erga saeculares.

Sub nomine *superiorum regularium*, veniunt non solum Generales et Provinciales, et eorum vicarii subrogati in eorum locum; sed etiam omnes locales superiores, ut priores, guardiani, rectores; et etiam eorum vicarii, quando ipsi absunt, saltem per integrum diem. Ita communiter doctores. — Vide Salmant.^{a)}, ex cap. *Abbates, de privil., in 6^o*.

Omnis isti absolvire possunt suos subditos: 1^o ab omnibus casibus, et censuris non reservatis Pontifici, licet fulminatae essent ab homine per specialem sententiam; ut dicunt Salmant.¹ cum Lezana, Candido, Pellizzario, etc., ex privilegiis Pauli III, Sixti IV et Eugenii IV.

Absolvunt subditos a casibus non reservatis Romano Pontifici.

^{a)} Tr. 18, de *Privil.*, cap. 4, n. 2. — *Lezana*, tom. 1, cap. 18, n. 37. — *Candid.*, disquis. 24, art. 59, dub. 9. — *Pelliz.*, tr. 9, cap. 3, n. 202. — *Bull. Licet debatum*, de die 15 kal. Novembr. 1549, in *Bullar. Rom. Mainardi*. — *Sixtus IV*, Bull. *Regimini universalis*, de die 31 Aug. 1474, pro Minoribus, § 12, 13 et 40, in *Bullar. Mainardi*; *Bulla Dum attenta*, 4 kal. Decembr. 1476, pro Carmel., § 54, 55 et 62, in *Bullar. Rodriguez*, et *Bullar. Carmelite*. — *Eugen. IV*, Rescript. 1 pro Cong. S. Bened. Vallisoleti, et *Bulla Etsi quaslibet*, prid. kal. Jul. 1436, § 10, in *Bullar. Regular. Rodriguez*. — ^{b)} Tr. 15, de *Statu relig.*, cap. 3, n. 88. — *Bonac.*, disp. 4, de 2 praecc. decal., qu. 2, punct. 7, § 4, n. 28. — *Pelliz.*, tr. 2, cap. 7, n. 32. — ^{c)} Tr. 6, disp. 2, qu. 3, cap. 2, qu. 5. — *Tambur.*, de Casib. reserv., cap. 3, n. 7. — ^{d)} Tr. 15, de *Statu relig.*, cap. 3, n. 88. — ^{e)} Loc. cit. — *Peyrin.*, de Off. prael. regul., qu. 3, cap. 1, n. 63. — *Ascan. Tambur.*, de Jure Abbatum, tom. 3, disp. 6, qu. 27, n. 26. — *Candid.*, disquis. 22, art. 48, dub. 1. — *Rodrig.*, *Quæst. regular.*, tom. 1, qu. 20, art. 21. — ^{f)} Tr. 10, de *Censur.*, cap. 2, n. 80.

Et id quod currit pro professis, valet et pro novitiis; ita ut iisdem absolvit possint a superioribus regularibus a casibus episcopis reservatis, incursis non solum post ingressum, sed etiam ante; ut dicunt Salmant.² cum Bonacina, Pellizzario, etc., et Pater Mazzotta³ cum Sanchez^{b)}, Tamburino, etc. Et idem dicunt Salmant.⁴, et Mazzotta⁵ cum Peyrino et Tamburino, quoad illos qui proximi sunt, qui recipiantur, v. gr. si manent in probatione in monasterio, ut assumant habitum. — Et id ex bulla Clementis VII^{c)}, relata a Candido, Rodriguez et a Salmant.⁶; in qua fuit concessum Provincialibus regularibus et eorum vicariis, aut aliis deputatis, absolvire novitios ordinis ab omnibus casibus reservatis (exceptis illis bullae *Coenae*), incursis ante ingressum, et a censuris quae illis sunt annexae.

^{a)} Cap. *Abbates*, quod Salmant., tr. 18, cap. 4, n. 1, allegant ad praesentem materiam, non aliud habet quod hic faciat, nisi abbates jurisdictione quasi-episcopali gaudere. — ^{b)} Sanchez, in *Decal.*, lib. 6, cap. 10, n. 11,

asserit dumtaxat novitios exemptos esse a jurisdictione episcopali.

^{c)} Candidus, Salmant., loc. cit.; et Joannes de la Cruz, *de Voto obedient.*, lib. 1, cap. 6, dub. 15, concl. 4, dicunt Clementem VII hanc

Etiam novitios.

Exceptio quoad novitios.

His posset aliquis objicere decretum Urbani VIII (allatum *Libro VII*, n. 95), in quo fuit statutum, quod per confirmationem privilegiorum obtentorum a regularibus post Tridentinum, non intelligebantur rursus concessa ipsa privilegia ipsis ablata tam a concilio, quam a S. Congregatione, absolvendi a casibus reservatis Ordinario. — Multipliciter respondent Salmant. huic oppositioni; sed eorum responsiones non suadent (ut diximus *Lib. VII*, n. 103). — Responsio congruentior videtur esse, ita scilicet, quod decretum Urbani loquitur de *saccularibus*, sicut etiam loquebatur propositio 12 damnata ab Alexandre VII; sed non de novitiis, qui in favorabilibus communiter a DD. reputantur ut religiosi: ita Sanchez, Suarez, Castropalaus, Lezana, cum iisdem Salmant.¹ et aliis. Eo magis quia Clemens VIII² ita declaravit; et Diana³ refert privilegium concessum Jesuitis (quod ex communicatione extenditur ad omnes religiones), quo possint communicare novitiis omnia privilegia Societatis. — Excipiunt tamen Bonacina, Pellizzarius et Salmant.³ casum, quo jam incepsum esset judicium episcopi^{c)} contra novitium, antequam intraret; quia tunc (ut ajunt) posset episcopus eum extrahere et punire.

Quod dictum est de novitiis, idem dicit

Urban. VIII, Decret. 17 Nov. 1628, ap. *Quintanadiv.*, tr. 3, singul. 15. — *Salmant.*, tr. 10, cap. 2, n. 79. — *Sanct.*, Disp. 10, cap. 39, n. 17 et 28. — *Suar.*, de Relig., tr. 10, lib. 9, cap. 1, n. 18; et tr. 7, lib. 5, cap. 16, n. 17. — *Castrop.*, tr. 16, disp. 1, punct. 11, n. 1. — *Lezana*, Mar. magn. Minimor., § 9, n. 35. — ^{d)} Tr. 15, de *Statu relig.*, cap. 3, n. 85. — ^{e)} Part. 3, tr. 2, resol. 73, i. f. — *Jesuitæ*, Compend. pri-

facultatem concessisse anno 1530; Rodriguez vero eam tribuit Clementi IV.

^{f)} Seu, ut ajunt Salmant., loc. cit.: « Sic dicunt declarasse Clementem VIII, plures ex DD... citandis ».

^{g)} Auctores hic allegati loquuntur de iudicio incepto coram *judice saculari*; eoque casu dicunt novitium ab eodem iudice extrahi posse ac puniri; quod sane et potiori ratione concedendum erit ipsi episcopo.

^{h)} Mazzotta, tr. 6, disp. 2, qu. 3, cap. 2, qu. 5, loquitur de casibus episcopalibus, in quos negat novitios incidere, subdicens: « Extendunt hoc Peyrin. et alii ad familiares religiosorum, modo inibi sint quasi de familia et continui commensales, ex const. Clementis X *Superna* ». Et de absolutione dicit: « Il-

Pater Mazzottaⁱ⁾ cum Peyrino^{j)}, de *familiaribus* monasteriorum: dummodo inibi sint quasi de familia, et continui commensales, ut dicitur in bulla *Superna* Clementis X.

Absolvunt etiam familiares.

96. — Possunt 2^o regulares absolvere suos subditos professos, et novitios etiam (sicut dictum est *Lib. VI*, n. 593, v. *An praelati*), ab omnibus casibus papalibus occultis, eodem modo quo episcopi valent absolvere suos subditos ex cap. *Licet*^{k)}. Atque hoc ex privilegio Pii V, relato per extensem a Salmant. et Patre Concina, confirmato a Benedicto XIII in bulla *Pretiosus*, anno 1727; in qua fuit concessa regularibus potestas absolvendi etiam a casibus bullae *Coenae*, excepto relapsu in haeresim, falsificatione *Litterarum Apostolicarum*, et translatione rerum prohibitarum ad infideles^{l)}. — Ac obiter hic notandum, quod in dicta bulla fuit etiam concessa Generali Dominicanorum potestas dispensandi ab irregularitate ob homicidium commissum a subditis; dummodo patratum non fuerit data opera, et secutum intra claustra monasterii. Sed id revocatum est a Clemente XII^{m)}. — Vide dicenda *Lib. VII*, n. 101.

97. — Possunt 3^o regulares absolvere suos subditos ab excommunicatione ob percussione, etiam gravem et enormem

Absolvunt subditos a censura ob percussione.

vileg. S. J., v. *Communicatio*, n. 5. — *Bonac.*, disp. 10, de 8^o praecc. decal., qu. 2, punct. 1, § 1, n. 17. — *Pelliz.*, tr. 2, cap. 7, n. 8. — ⁿ⁾ Tr. 15, cap. 3, n. 87. — ^{o)} Trid., sess. 24, de Reform., cap. *Licet*. — *S. Pius V*, Breve *Romanii Pontificis*, de die 21 Jul. 1571, § 3, in *Bullar. Roman. Mainardi*. — *Salmant.*, tr. 6, cap. 18, n. 83. — *Concina*, de Censur., diss. 1, cap. 7, n. 19.

Iud videtur certum hos familiares et alumnos non posse per quemcumque confessarium saecularem absolviri a casibus episcopalibus. — Peyrinus autem, tom. 1, *Juli II constit.*, 1, § 15, n. 13, negat familiares monasteriorum posse ab episcopis excommunicari; et n. 14, affirmit eosdem posse absolviri, « intra septa monasterii commorantes, a casibus locorum Ordinarii reservatis, et pro tempore reservandis ».

96. — ^{p)} Hodie tamen, constitutio *Apostolicae Sedis*, omnia quaecumque regularium privilegia revocavit et abrogavit, circa absolutionem a casibus Romano Pontifici reservatis.

^{q)} Bulla *Romanus Pontifex*, 30 Maii 1732, § 2, omnia reducit ad « pristinum statum ac

et publicam, infictam non solum religiosis ejusdem ordinis, sed etiam alterius, et etiam clericis saecularibus. Castropalaus, Roncaglia, Salmant. et Croix^{a)}; ex privilegiis Bonifacii IX et Clementis VIII^{b)}. Atque hic adnotandum, quod si percussio sit *levis aut occulta*, religiosus percussor (si velit) potest petere absolutionem etiam ab episcopo; sed obtenta sui superioris licentia. *Lib. VII, n. 107.*

Dictum est: *subditos*; quia nequeunt absolvere saeculares: cum hic casus limitatus sit regularibus intra Italianam et extra Romanam, a Clemente VIII, (ut mox dicitur *n. 99*).

98. - Adnotandum hic praeterea, superiores regulares, ex concessione Clementis VIII, posse, si ipsis expediens videtur, reservare *undecim casus*; sed non plures, sine consensu capituli generalis, aut saltem provincialis pro provincia. — Si autem superior denegat licentiam, et utrum pro prima vice possint religiosi absolviri a reservatis: vide *Lib. VI, n. 586.*

99. - Quoad vero *saeculares*, olim Mendicantes gaudebant privilegio, quo poterant absolvere saeculares ab omnibus casibus et censuris reservatis tam a Pontifice, quam ab episcopis. — Sed deinde, decreto Clementis VIII anno 1602, confirmato a Paulo V anno 1617, et Urbano VIII anno 1628, limitata fuit praedicta pot-

etas; et statutum fuit, ne regulares existentes extra Romam et intra Italianam possent absolvere saeculares, nec a casibus bullae *Coenae*, nec ab aliis sex sequentibus: scilicet 1° a *percussione clericorum*; 2° a *duello*; 3° a violatione *immunitatis*; 4° a violatione *clausurae monasteriorum monialium ob pravum finem*; 5° a *simonia confidentiali in beneficiis*^{a)}; et denique ab omnibus casibus quos sibi reservant episcopi.

Itaque, tam ex dicto decreto Clementis VIII, quam etiam ex bulla Gregorii XIII *Cum a sacra*; et praesertim ex propositione 12 damnata per Alexandrum VII, quae sic se habebat: *Mendicantes possunt absolvere a casibus episcopis reservatis, non obtenta ad id episcoporum facultate*; hodie non est in dubium revocandum (quidquid aliqui dicant) quin saeculares absolvere [non] possint a casibus ab episcopis reservatis. Vide *Lib. VI, n. 599*, v. *Certum est*, et *Lib. VII, n. 95.* — Ita neque possunt absolvere saeculares a sex casibus Clementis, etsi *occulti* sint; contra Patrem Viva^{b)}. Potestas enim, quam regulares habent ex bulla S. Pii V (relata *n. 96*), qua possunt absolvere casus occultos, quam habent episcopi ex capite *Liceat*, est solum respectu suorum religiosorum, non autem saecularium.

Id tamen probabile judicamus cum

Possunt reservare undecim casus.

Regulares a quibus nam absolvant saeculares.

Castrop., tr. 29, disp. 3, punct. 23, § 4, n. 10. - *Roncaglia*, de Censur., qu. 4, cap. 2, qu. 2. - *Salmant.*, tr. 10, cap. 2, n. 69. - *Bonifac. IX*, Bulla *Sacrae religionis*, 5 kal. Maii 1402, apud Confectum. - *Clem. VIII*, Decretum S. C. EE, et RR., 9 Januar. 1601, ap. Bizzarri, fol. 17 (edit. 1863). - *Clem. VIII*, Decret. S. C. EE, et RR., 26 Maii 1598, ap. Bizzarri, fol. 274. - *Clem. VIII*, Decretum S. C. EE, et

RR., 26 Nov. 1602, ap. Bizzarri, fol. 18. - *Paulus V*, Decret. S. C. EE, et RR., 7 Januar. 1617, ap. Bizzarri, fol. 23. - *Urban. VIII*, Decret. S. C. 17 Nov. 1628, apud Quintanadvi., tr. 8, singular. 15, n. 1; et *Donat.*, tom. 2, fol. 129, n. 6. - *Gregor. XIII*, Declarat. S. C. C. *Cum a Sacra congregatione*, 10 Sept. 1577, ap. *Peyrinum*, tom. 1, qu. 4, cap. 10, append., et apud Confect., Summar., tit. 17, cap. 6.

terminum», in quo stabant antequam litterae Benedicti XIII emanassent, «perinde scilicet ac si illae non emanassent».

97. - a) Croix, *lib. 7, n. 321*, consentit pro percussione non enormi dumtaxat religiosi ejusdem conventus; loquendo de jure communis et seclusis privilegiis.

b) Clemens VIII hanc facultatem non concedit; sed ex eo quod Pontifex in decreto S. C. Epp. et Regg. apud Bizzarri, fol. 274, (edit. 1863) «super casibus quos superiores regulares sibi reservare possunt», comprehen-dit sub 10 occisionem vel vulnerationem seu gravem percussione *cujuscumque personae*; inde colligit Bordonus, *Resol. part. I, resol. 28, n. 50*, eosdem superiores posse

etiam ab iisdem excessibus *respectu cuiuscumque personae* suos subditos absolvere.

99. - a) Et reali scienter contracta, juxta decretum Clementis VIII, ut ipse S. Alphonsus notat, *lib. VI, n. 599*, in fine.

b) Viva non semper eamdem opinionem tenuit; nam, *de Censur.*, qu. 5, art. 4, n. 5, concedit probabile esse Mendicantes privilegiatos posse absolvere provocantes et pugnantes in duello, quando casus est occultus. Sed, in *prop. 12 Alex. VII, n. 14*, adducit opinionem eorum, qui asserunt posse regulares absolvere ab illis sex casibus, quando sunt occulti; at ipse concludit: «Sed quidquid sit de his ratiocinationibus, equidem sententiae... adhaerendum censeo, putantur regulares non

Viva^{c)}, Comitolo et aliis, quibus adhaeret etiam Pater Concina, scilicet quod regulares possint absolvere a casibus, quos sibi in synodo episcopus reservavit, sed deinde non expressit illos in tabella; quia tunc praesumitur voluisse concedere potestatem ab iis absolvendi omnibus confessariis, modo ab ipso approbat. — Vide *Lib. VII, n. 100*, v. *Probabiliter*.

100. - Dubitatur 1°. *Utrum religiosi possint absolvere saeculares a casibus*, non reservatis sibi ab episcopis, sed *in jure, aut ex consuetudine reservatis episcopis*, ut sunt abortus foetus animati, et alii adnotati *n. 46*?

Negant Viva, Bordonus, Cabassutius, Milante et alii; eo quod (ut ajunt) in decreto Pauli V et Urbani VIII prohibetur regularibus absolvere laicos a casibus episcopis reservatis: *A casibus Ordinario... reservatis*, sunt verba Urbani. — Nihilominus probabilius affirmant Concina, La-croix, Sporer, Salmant., Lezana^{a)}, Sanchez^{b)}, cum multis aliis; quibus adhaeret etiam (se retractans) Pater Viva^{c)}. Ratio est, quia citata verba decreti Urbani (et idem de decreto Pauli V) intelligenda sunt de casibus quos *episcopi sibi met* reservant: cum talia decreta (ut diximus *n. praec.*) sint confirmativa decreti Clemente-

Comitol., Resp. mor., lib. 1, qu. 25, n. 14. - *Concina*, dc Censur., diss. 1, cap. 7, n. 17. - *Viva*, in prop. 12 Alex. VII, n. 14. - *Bordon.*, Resol. 6, qu. 9, n. 11. - *Ca-bassut.*, lib. 1, cap. 11, n. 5. - *Milante*, Exercitat. 12, in prop. 12 Alex. VII, § *Et quanvis P. Viva*, et seqq. - *Concina*, loc. cit. - *La-croix*, lib. 6, part. 2, n. 1628. - *Spor.*, part. 3, cap. 6, n. 745. - *Salmant.*, tr. 6, cap. 18, n. 52. - ¹ De Censur. qu. 2, art. 2, n. 7. - *Suar.*, de Poenit., tom. 2, in *Pil V const. 6, § 10, n. 41.* - *Paul. III*, Breve *Cum inter cunctas*, 3 Junii 1545, in Insti-tut. S. J.

posse absolvere a casibus quomodolibet Ordinario reservatis, nec a casibus ullis reservatis Sedi Apostolicae».

c) Viva, *de Censur.*, qu. 2, art. 2, n. 7, ita profecto tenet; sed oppositum asserit, in *prop. 12 Alex. VII, n. 14*.

100. - a) Lezana, *Summa*, v. *Casus reservati*, n. 4^{bis}, affirmat quidem pro casibus «qui dicuntur a jure episcopis reservati, quia nulli tales sunt». Sed negantem sententiam tenet pro casibus «illis (si qui forsitan fuerint), quos certo constaret consuetudine antiqua in eo episcopatu reservari solitos. Idem dico de casu abortus».

b) Sanchez citatur hic a Salmant. ex Del-

tis VIII, in quo fit mentio tantum casuum, qui sibi ab episcopis reservantur: *Item omnes casus (haec ait Clemens) quos Ordinarii locorum sibi reservarunt, vel in posterum reservabunt*. Eo magis quia, ut ait Pater Suarez, casus reservati episcopis *in jure* debeant potius dici delegati episcopis, quam reservati.

Sed animadvertisendum, id non valere quoad *percussionem clericorum*, nec quoad omnes alios casus, quos *sibi Ordinarius* reservaret. Etenim, quoad istos, sublata fuit omnis facultas regularibus, ut dictum est *n. praec.* — Vide *Lib. VII, n. 99.*

101. - Dubitatur 2°. *Utrum regulares absolvere valeant saeculares a casibus papalibus?*

Negant pauci quidam, id est, Viva cum Bordon^{a)} et Florono, ex iisdem decretis Pauli V et Urbani VIII, quibus etiam vetitum fuit regularibus absolvere a casibus reservatis Sedi Apostolicae. — At communissime et probabilius affirmant Bonacina, Aversa, Salmant., Pellizzarius, Rodriguez, Potestas, Peyrinus et ipse Viva^{b)} (licet id affirmet solummodo quoad casus papales occultos): ex privilegio Pauli III concesso anno 1545 *Jesuitis*, quo dictum fuit, quod possent absolvere saeculares ab omnibus peccatis etiam Sedi Apostolicae reservatis, exceptis contentis in bulla

Olim ab-solvebant a casibus pa-palibus.

Coenae. Nec obstant praedicta decreta Pauli V et Urbani VIII; quia illa (ut dictum est *n. anteced.*) intelliguntur de casibus decreti Clementis VIII (quos supradicti Pontifices confirmare voluerunt), in quo solum casus bullae Coenae et sex alii excepti fuere^{c)}. — Animadvertisendum autem est, hanc potestatem valere tantummodo quoad *forum internum*. (Vide *Lib. VII*, *n. 96* et *97*).

Observetur praeterea, quod dictum est *n. 31*, de abbatibus habentibus quasi-episcopalem jurisdictionem.

102. — Adnotandum hic, quod olim confessarii regulares, ex concessione Gregorii XIII et Eugenii IV, *in itinere* poterant excipere confessiones, non modo subditorum dioecesis ubi approbati erant, sed caeterorum omnium. Et ex bulla *Cruciatae*, cum approbarentur in uno loco, erant approbati pro omnibus. Ita apud Salmant.¹ — Clemens autem X deinde statuit, ne regulares possent excipere confessiones alicubi *sine loci Ordinarii licentia*: etiamsi haberent privilegium *Cruciatae*, ut declaravit Innocentius XII in bulla *Cum sicut*, anno 1700. — Vide *Lib. VI*, *n. 548*, v. *Et haec*; et *n. 549*.

103. — Animadvertisendum praeterea est, quod olim ex clem. *Dudum, de sepult.*^{a)}, regulares approbati absolute semel ab Ordinario, non poterant obligari ut denuo examinarentur. — Attamen S. Pius V in extrav. *Romani Pontificis* dixit, quod episcopus successor *pro majori conscientiae suae quiete*, posset rursus illos ex-

Gregor. XIII, Breve *Decet Romanum Pontificem*, 3 Maij 1575, in Bullar. Regul. Rodrig. — *Eugen. IV*, *Oracula vivas vocis*, n. 13, pr. Minorib., in Bullar. Regul. Rodrig. — *I. Tr. 18*, cap. 4, n. 71 et 72. — *Clem. X*, Bulla *Superna*, 11 kal. Jun. 1670, § 4, in Bullar. Rom. Mainardi. — *Innoc. XII*, Breve *Cum sicut*, 19 April. 1700, apud eundem Mainardi. — *S. Pius V*, Bulla *Romani Pontificis providentia*, 6 Aug. 1571, § 2, apud Mainardi. — *Gregor. XIII*,

reservatis..., exceptis casibus bullae Coenae et sex Clementis VIII, in Italia extra Urbem». Cfr. tamen quae notavi supra ad *n. 99*, nota b).

^{c)} Hodie tamen ex constit. *Apostolicae Sedis*, omnia quaecumque privilegia regularium absolventur a casibus papalibus revocata sunt et abolita.

103. — ^{a)} *Clement. Dudum* de examine non loquitur.

^{b)} *Salmantenses*, *tr. 18*, *cap. 4*, *n. 119*,

minare. — Sed postea, Gregorius XIII in sua bulla *In tanta rerum*, ad tollendas lites exortas circa regulares, revocavit omnes declarationes S. Pii V, et praesertim hanc, concernentem approbationem confessariorum regularium: revocavit, inquam, ad statum pristinum dispositionis Tridentini¹, quod nihil aliud exigit quoad regulares, nisi *ut appobarentur ab Ordinario*.

Hinc inferunt multi DD., ut Araujo, Dicastillus^{b)}, Villalobos^{b)}, Delbene^{b)}, etc. apud Salmant.^{b)}, quod regulares approbatos examine ab aliquo episcopo non possit denuo examinare successor. — Attamen contrarium tuentur Diana^{c)} et Lezana, Bossius, Bordonus et multi alii, ex decreto S. Congregationis (relato a Lezana et Diana); quo fuit declaratum, quod, non obstante bulla Gregorii XIII, posset episcopus successor examinare approbatos ab antecessore; et hanc hodiernam esse episcoporum praxim, testantur Diana et ipsi Salmant. — Sed probabiliter dicunt Salmant.^{c)} cum Villalobos, quod tam ex constitutione S. Pii, quam ex declaratione S. Congregationis, possit Ordinarius successor iterum vocare ad examen aliquem, aut aliquos regulares, quos notitiam habet non esse idoneos; sed non potest edicto generali suspendere omnes confessarios regulares usquedum denuo examinentur.

Caeterum animadvertisendum est, quod, revocante generaliter Ordinario omnes licentias, non comprehendantur regulares; qui in odiosis non comprehenduntur, nisi

Regulares quando pos-
sint iterum
examinari.

Bulla *In tanta rerum*, 1 Martii 1573, § 6, in Bullar. Mainardi. — ^{a) Sess. 23}, cap. 15, de Reform. — Araujo, *Decis. mor.*, tr. 1, qu. 8, n. 12. — ^{b) Part. 3}, tr. 2, resol. 27. — *Lezana*, *Summa*, tom. 1, cap. 19, n. 7. — *Bossius*, *de Jubil.*, sect. 3, cas. 2, n. 13. — *Bordon.*, *Resol.* 36, n. 20. — *S. Congr. Conc.*, cfr. Pallottini, v. *Sacramentum Poenitentiae*, n. 144. — *Diana*, loc. cit. — *Salmant.*, *tr. 18*, de *Privil.*, cap. 4, n. 115. — ^{c) Loc. cit.}, n. 120. — *Villalob.*, part. 1, *tr. 9*, diff. 53, n. 5.

auctores allegant tamquam negantes episcopum posse regulares novo examini subjicere, « *sine nova causa ad confessiones pertinente* ». Et re quidem vera ita tenent Dicastillus, *tr. 8*, *de Poenit.*, *disp. 10*, *dub. 11*, *n. 313 et 323*; Villalobos, *part. 1*, *tr. 9*, *diff. 53*, *n. 5*. — Delbene autem, de *Inimunit. eccl.*, *cap. 14*, *dub. 18*, *sect. 11*, *n. 24*, affirmit posse iterum examinari a successore, « *si sic res postulare videatur*, vel pro majori conscientiae suae quiete».

exprimantur. Salmant.¹ cum communi. — Animadvertisatur insuper, quod capitularis vicarius, *sede vacante*, non possit ad examen vocare regulares: ex privilegio iis concesso a Clemente IV^{c)}. Vide Salmant.³ et Diana^{c)}.

Animadvertisendum praeterea, supradicta valere pro approbationibus concessis absolute, non tamen pro concessis ad tempus, e. gr. ad sex menses, ut plerunque fit; cum certum sit ex bulla Innocentii XIII *Apostolici ministerii*, confirmata per Benedictum XIII, quod confessarii tam saeculares, quam regulares, non valeant excipere confessiones extra locum, personas, et tempus praescriptum, quocumque privilegio non obstante. — Vide *Lib. VI*, *n. 549 et 552*.

104. — II^o. De facultate regularium, dispensandi in *irregularitatibus*.

Regulares valent, ex privilegio S. Pii V (relato *n. 96*), confirmato a Julio II^{a)}, dispensare cum suis *subditis*, in omnibus irregularitatibus *occultis*; in quibus possunt Ordinarii dispensare cum suis dioecesanis ex capite *Liceat*, ut dictum est *n. 29*. — Et idem possunt cum *saecula-*

^{a) Loc. cit.}, n. 115. — ^{b) Loc. cit.}, n. 116. — ^{c) Part. 3}, tr. 2, resol. 27. — *Innoc. XIII*, Breve *Apostolici ministerii*, 23 Maij 1723, § 19, in Bullar. Rom. Mainardi. — *Bened. XIII*, Breve *In supremo*, 23 Sept. 1724, § 16 et 28, in Bullar. Mainardi. — *S. Pius V*, Breve *Romani Pontificis*, 21 Jul. 1571, § 8, in Bullar. Rom. Mainardi. — *Sayr.*, qu. 24, art. 12. — *Martin. V*, loc. cit.

ribus; ut ajunt Suarez^{b)}, Sanchez^{b)}, Pelizzarius^{c)}, Sayrus, Salmant., Sporer, Lezana^{d)}, etc.: ex concessionibus Sixti IV et praedicti Julii II. — Vide *Lib. VII*, *n. 355*, *v. Quo vero*.

105. — Possunt praeterea regulares dispensare cum *subditis in quacumque irregulatitate*, aut ob delictum, aut ob defectum: ex privilegio Martini V (Vide *eodem n. 355*). — Itaque, ut ad particularia descendam, possunt superiores dispensare cum subditis:

¹⁾ In irregularitatibus *ob homicidium*, non solum *occultum*, ut concessum fuit in privilegio Martini V; sed etiam *voluntarium notorum* (ut dictum est *n. 96*), ex privilegio Benedicti XIII^{a)}, dummodo data opera patrum non fuerit, et consummatum intra claustra.

²⁾ Quoad *defectum animae*, possunt dispensare cum religioso ad suscipiendum sacerdotium, licet ipse passus esset permanentem dementiam; si deinde, medicorum judicio, cessavit ejus periculum. — Vide *Lib. VII*, *n. 400*, *v. Praelati*.

³⁾ Quoad *defectum corporis*, ut si aliqui pes aut oculus deficeret, etiam sinister,

de Censur., lib. 7, cap. 13, n. 14. — *Salmant.*, *tr. 10*, cap. 7, n. 63; et *tr. 18*, cap. 4, n. 170. — *Sporer*, Suppl. Decal., cap. 3, num. 170. — *Sixtus IV*, Bulla *Seedes apostolica*, 27 Maij 1474, § 7, pro Minimorum ordine, in Bullar. Rom. Mainardi. — *Martin. V*, ap. Rodriguez, *Quaest. regul.*, tom. 1, qu. 24, art. 12. — *Martin. V*, loc. cit.

tificis, *S. Pius V* privilegium concessit, de quo supra *n. 96*.

^{b)} Nec Suarez nec Sanchez (quod reperire potuerim) loquuntur de saecularibus, quamvis a Salmant. pro hac parte adducantur.

^{c)} Pellizzarius, *tr. 8*, *cap. 3*, *n. 90*, consensit quidem; sed addit consultum esse, ut regulares aliorum ordinum, qui cum Minimis communicatione fruuntur, ab illius privilegii usu abstineant.

^{d)} Lezana affirmat in *Summa*, *v. Confessarius*, *n. 10*, se vidisse privilegium a Sixto IV Minimis concessum; addit tamen aliquos putare non esse tutum eo uti; vel Minimos eodem non uti; vel dubium esse propter ejus amplitudinem: quas quidem opiniones non dijudicat.

105. — ^{a)} Benedictus XIII, per bullam *Prestiosus*, 7 kal. Jun. 1727, illud privilegium concessit soli Magistro Generali ordinis Praedicatorum, absque ulla distinctione notorii vel occulti. Atvero ea bulla revocata fuit, et ad terminos juris redacta a Clemente XII, ut supra notatum est, *n. 96*.

Eiam ob
defectum
vel deli-
ctum.

possunt dispensare; ut probant Salmant.¹ cum Bordono, ex privilegio Sixti IV. Et in dubio possunt etiam declarare defectum non obstat: ut possunt Ordinarii cum suis subditis. — Vide Lib. VII, n. 414, v. *Praelati*.

4° Quoad *defectum natalium*, haec irregularitas per se cessat religionem profiendo, quoad id quod spectat ad *ordinum susceptionem*, ut habetur ex cap. 1, de *filiis presyb.* Nam quoad *dignitates*, necessaria est dispensatio; sed ex pluribus privilegiis, possunt dispensare cum suis omnes superiores regulares, Generales, Provinciales, et etiam Piores. — Lib. VII, n. 354 et 426. Vide etiam Salmant.² cum Bordono, Peyrino, Lezana, Pellizzario, etc. — Quod vero inquit Sotus, professione cessare quamlibet irregularitatem³; id communius negatur. Vide Salmant.³

5° Possunt dispensare in *bigamia*, etiam vera: ex privilegio Martini V^c). Ita Castropalaus, Pellizzarius, Machado, Salmant., etc. — Vide Lib. VII, n. 355 et 453.

6° In irregularitate etiam publica, ob defectum *lenitatis*. — Lib. VII, n. 469, v. *Praelati*.

¹ Tr. 10, de Censur., cap. 9, n. 75; et tr. 18, de Privil., cap. 4, n. 28. - *Bordon.*, Resol. 11, n. 10. - *Sixtus IV*, Bulla *Regimini universalis*, 31 Aug. 1474, § 14, pro ordine Minorum, Bullar. Rom. Mainardi. — ² Tr. 10, de Censur., cap. 9, n. 57; et tr. 18, de Privil., cap. 4, n. 28. - *Bordon.*, Resol. 12, n. 88 et seqq. - *Peyrin*, tom. 1, in const. 2 Julii II, § 29, n. 98 et seqq. - *Lezana*, tom. 1, cap. 18, n. 60. - *Pelliz.*, tr. 9, cap. 3, n. 131. - *Sotus*, in 4, dist. 25, qu. 1,

^b) Excepta illa quae, vel ex homicidio voluntario, vel ex bigamia contrahitur, ut notat ipse Sotus. Et hanc facultatem seu potius rem dispensandi, in religionibus servari dicit, « sive jure communi, sive consuetudine, vel privilegio fuerit obtentus ».

^c) Martinus V, ut videre est apud Rodrig., *Quaest. regul.*, tom. 1, qu. 24, art. 12, non loquitur de bigamia in specie; sed in universum concedit Priori monasterii Vallisoleti O. S. B. facultatem, qua possit cum suis monachis dispensare super quacumque irregularitate, non exceptis illis casibus (modo sint occulti), quos Papa sibi reservat.

^d) Suarez, *de Relig.*, tr. 8, lib. 2, cap. 12, n. 9, afferit dumtaxat privilegium Carthusianis concessum, ex quo Generalis ordinis potest cum suis subditis dispensare in omnibus casibus papalibus, nullo excepto, in foro conscientiae tantum; sola dispensatio in homicidio vo-

7°. Et ultimo possunt regulares dispensare cum suis subditis in omnibus *inhabitibus* et *poenis* contractis ratione delicti, ut privationis officii, beneficii, vocis, loci, etc., etsi illae reservatae sint Pontifici; ut ajunt Suarez^d, Sanchez^e, Pellizzarius et Salmant. cum aliis: ex privilegiis Sixti IV^f, S. Pii V^g et Gregorii XIV^f). — Salmant.⁴

106. - III^o. *Praelati* regulares habent potestatem dispensandi cum suis *subditis* in *praeceptis ecclesiasticis*: ut possunt episcopi cum suis dioecesanis (ut diximus Lib. I, n. 190). Etenim ipsi habent quasi-episcopalem jurisdictionem; ut communiter docent DD., ex clem. *Ne Romani*, de elect.^a; Salmant.⁵ cum Bordono, Pasqualigo, etc. — Et ideo possunt probabiliter dispensare in omni eo, quod non est specialiter Pontifici reservatum^b). Et praesertim in dubio, utrum res dispensatione indigeat (ut diximus Lib. I, n. 192). Salmant.⁶

Possunt etiam dispensare *cum causa* (sicuti semper supponitur) *in legibus pontificiis*, cum latae sunt pro aliqua provincia aut monasterio particulari: quia tunc presumuntur data hujusmodi facultas; aut

art. 3, concl. 1. — ³ Tr. 10, de Censur., cap. 7, n. 58. - *Castrop.*, tr. 29, disp. 6, punct. 7, n. 2; et punct. 8, n. 21. - *Pelliz.*, loc. cit., n. 135. - *Machado*, Perfeto confessor, lib. 5, part. 2, tr. 2, doc. 6. - *Salmant.*, loc. cit., cap. 9, n. 42. - *Pelliz.*, loc. cit., n. 147. - *Salmant.*, tr. 18, de Privil., cap. 4, n. 29. — ⁴ Loc. cit. — ⁵ Tr. 18, cap. 4, n. 31. - *Bordon.*, Resol. 18, n. 7. - *Pasqual.*, Prax. jejun. decis. 388, n. 2. - ⁶ Tr. 18, cap. 4, n. 33.

luntario conceditur cum limitatione, scilicet: citra altaris ministerium.

^e) Sanchez consentit *in Decal.*, lib. 6, cap. 15, n. 78, dummodo inhabilitates sint occultae.

^f) Sixtus IV, bulla *Regimini universalis*, § 14, concedit ut superiores possint subditos ab irregularitate dispensare eosque ad quaecumque ordinis officia admittere. Idemque concedit Gregorius XIV per bullam *Illi qui pro gregio*, 21 Sept. 1591, § 29, in Bullar. Rom. Mainardi.

^g) S. Pius V, suo brevi *Romani Pontificis*, 21 Jul. 1571, § 3, praelatis ordinis Praedicatorum concessit facultatem eamdem, quam Trid. per cap. *Liceat*, episcopis concesserat.

106. - ^a) Clem. *Ne Romani*, de electione, hanc doctrinam non tradit, quidquid dicant Salmantenses.

^b) Quod S. Alphonsus dixit superiores regulares posse probabiliter dispensare in

cum talis est consuetudo, aut quando non potest facile recurri ad superiore; aut quando agitur de rebus parvi momenti, quae non obligant ad lethale peccatum, aut quae frequenter accidentunt, ut jejunia, abstinentia a carnibus, festorum observantia, recitatio officii: dummodo non dispensetur per longum tempus, ut dicunt Salmant. cum Cajetano^c, Soto, etc. — Et idem valet quoad *regulas* religionis. Salmant.¹

Ita dicunt etiam Azor, Castropalaus, Salmant., Trullench, Machado, etc., posse superiores dispensare *ad operandum diebus festis*.

^c) *Salmant.*, tr. 18, cap. 4, n. 34. - *Sotus*, de Just. et Jure, lib. 1, qu. 7, art. 8, p. m. — ¹ Loc. cit., n. 34 et 35. - *Azor*, part. 2, lib. 1, cap. 28, qu. 5, v. *Postremo*. - *Castrop.*, tr. 9, punct. 10, n. 5. - *Salmant.*, tr. 18, de Privil., cap. 4,

bus festis, tam cum religiosis quam servis domesticis^d; sed non cum extraneis: qui alioqui possunt operari pro monasterio, si monasterium sit pauper, ut ajunt Silvester, Fagundez, et Salmant.² cum Pasqualigo^e, Leandro^f et aliis. — Vide Lib. III, n. 288.

107. IV^o. - Quoad *divinum officium*, notentur hic privilegia quae habent regulares.

1°. Leo X concessit religiosis, ut possent recitare horas privatim, omnino mentaliter. (Sed Pater Ferraris, citans Sporer, ait hoc privilegium esse adulterinum)^g).

n. 37. - *Trull.*, Decal., lib. 3, cap. 1, dub. 10, n. 12. - *Machado*, Perfeto confess., lib. 2, part. 3, tr. 16, doc. 5, n. 1. - *Silvest.*, *v. Dominicana*, n. 7, qu. 5, v. *Tertia*. - *Fagund.*, de 1^o praec. Eccl., lib. 1, cap. 14, n. 25. — ² Tr. 18, cap. 4, n. 37.

Dispensantes
subditos
in praec.
ecclesiasticis.

In regulis
religionis.

Ad ope-
randum die-
bus festis.

In legi-
bus pontifi-
ciis, quan-
do.

omni eo quod non est specialiter Pontifici reservatum, accipendum est secundum antiquam S. Doctoris sententiam; sed cum postea et re melius persensa eamdem impugnaverit, ea quae hic dicuntur sunt reformanda juxta doctrinam, lib. 1, n. 191, traditam.

c) Cajetanus, in *Iam 2ae*, qu. 97, art. 4, id quidem docet fieri posse « quoad levia, quoad frequentia, quoad propria »; sed non limitat ad breve tempus, nec pro hac limitatione a Salmant. allegatur.

d) Azor et Machado non loquuntur nisi de religiosis; Palauus vero de subditis; et Trullench de domesticis intra claustra degentibus.

e) Pasqualigo, quem Salmant. hic ex Leandro allegant, oppositam sententiam tuetur in *Decis. moral.* 287, n. 7, negans licere aedificare templa, confidere vestes sacras in diebus festis; et *decis.* 286, n. 3, negans opera servilia, in die festo fieri licita ratione pietatis, ut si fiant in favorem ecclesiae vel ob pauperes alendos.

f) Leander, *de Observ. festor.*, tr. 1, disp. 6, qu. 64, de casu simili loquitur, scilicet de eo qui opera servilia in die festo exerceret in favorem ecclesiae, et consentit, modo ecclesia « paupercula sit ».

107. - ^a) Privilegium Leonis X habetur apud Rodrig., *Bullar. regular.*, inter vivae vocis oracula hujus Pontificis sub n. 12, et apud Casarubios, v. *Officium divinum*, I, n. 9 (sed signatur o parva). Et quidem petitum fuerat a Fratribus Ord. Minor., « ut, ne fratres mutuo se impediant in officio divino, aut alii sint fastidiosi, quod illa quae in ordinario jubentur dici secrete sub silentio, tam in horis canonicas quam etiam in missa, non teneantur proferre vocaliter, sed satisfacient dicendo mentaliter aut legendio intra se per librum, quia aliqui devotius sic dicunt; et absque impedimento et fastidio aliorum; et

Varia pri-
vilegia cir-
ca officium
divinum.

Praeterea, ut possint anticipare officia longiora, et reservare brevia pro diebus majoris occupationis.

2°. Clemens VII concessit omnibus regularibus *infirmis* (intelligitur de illis infirmis, qui per se non excusantur ab officio) et *infirmariis*, posse satisfacere officio, recitando sex aut septem Psalms (assignandos a superiore) cum septem *Pater* et duo *Credo*. Et Martinus V^{b)}, concessit *convalescentibus*, ut satisfacere possent, dicendo iliam officii portionem, quam judicaverit eorum confessarius.

3°. Innocentius IV concessit monialibus S. Clarae (et ita intelligitur pro omnibus aliis communicantibus), satisfacere *officio conversarum*, ob quacumque rationabilem causam: v. gr. si religiosa non sit bene instructa, juxta judicium abbatissae aut confessarii, in officio choristarum; aut si sit scrupulosa; aut ob labores lassa; aut occupata in rebus utilibus, ut esset religioso esse applicatum ad excipiendas confessiones, praedicationi aut studio ecclesiastico pro majori diei parte: etenim supponitur, quod privilegiis concessis monialibus gaudeant etiam religiosi *ad invicem* (ut dictum fuit n. 10).

Animadvertisunt insuper Salmant., hujusmodi privilegio eas posse uti, etiam sine licentia superiorum; fuit enim concessum sine ista conditione. — Animadvertisunt praeterea, quod si moniales omitterent laicarum officium, utentes hujus-

Clem. VII, Breve *Dudum pro parte*, 7 Mart. 1588, § 2, in Bullar. Rom. Mainardi, pro Cler. regul. Theatinis. — *Innocent. IV*, Bulla *Solet annuere*, 9 Aug. 1258, cap. 3, in Bullar. Rom. Mainardi. — *Salmant.*, tr. 16, cap. 3, n. 62. — *Sanch.*, de Matr., lib. 8, disp. 16, n. 8. — *Pont.*, de Matr., lib. 8, cap. 18, n. 11. — *Salmant.*, tr. 9, cap. 14, n. 14. — *Concina*, de Matr., diss. 3, cap. 4, n. 10. — *Castrop.*, tr. 28, disp. 4, punct. ult., § 1, n. 18. — *Pont.*, de Matr., lib. 8,

modi privilegio, non peccarent lethali-^{c)}; quia tunc reputantur ut laicae, quae sub mortali non tenentur ad sui officii recitationem. Sed hoc non mihi placet: etenim, hujusmodi privilegio, monialis non transit in qualitatem laicae, sed tantum officium ejus choristae transit et commutatur in illud laicae.

108. — V^{a)}. Confessarii Mendicantium, potestatem habent irritandi, remittendi et dispensandi *juramenta ac vota*.

Possunt insuper dispensare cum *conjugibus*, quoad impedimentum ad petendum debitum, propter *incestum* commissum cum consanguinea conjugis; ut communiter ajunt Sanchez, Pontius, Salmant. aliquie (contra Patrem Concina), ex multis privilegiis variorum Pontificum. Vide Lib. VI, n. 1076, v. *Insuper*. — Animadvertisendum est autem hic, quod confessarius debet in hoc obtinere licentiam specialem, saltem a superiore inferiore sui monasterii. *Ibid.*, v. *An autem*.

109. — Possunt praeterea confessarii Mendicantes dispensare cum conjugibus, in *voto castitatis elicito ante matrimonium*, ad petendum debitum; sicut etiam communiter dicunt Castropalaus, Pontius, Sanchez, Tournely^{a)}, Wigandt, Salmant. etc., ex privilegio S. Pii V. — Et etiam in *voto elicito post matrimonium*; ut rite existimant Sanchez, Salmant., etc. (contra Pontium), ex aliis privilegiis, ex quibus possunt ipsi dispensare in omni-

